



**De Consolatione Invsto-|||rvm**

**Hillesheim, Ludwig**

**Coloniae, 1572**

**VD16 H 3678**

Necessariam atque vtilem homini malorum irrogationem. Diaboli etiam violentiam esse: deque Dei in his moderandis summa et diuina iura [i.e. cura]. Capvt VIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60369)

42 DE CONSOL. IVSTOR.  
nec misericordiam ab eo suam vnquam  
auertit.

Necessariam atque utilem ho-  
mini malorum irrogationem,  
diaboli etiam violentiam esse,  
deque Dei in his moderandis  
summa ac diuina cura.

CAPVT VIII.

**A**d hanc tantam lucem impy clau-  
dunt oculos, & quoniam aduersus  
DEV M peccant, vt caci ambu-  
lant, nec rationem eorum, qua cœlitus ad-  
ministratur ac fiūt, cōscelerata consciētia  
admittunt. Eisi enim omnia ordine occul-  
to siant, tamen ad eum considerandū, De-  
us nos mente ceu manu dicit. Tanta est a-  
nimi labes ex illa auita noxa, vt magna  
propensione in omne peccatum feratur, ad  
quam coercendam, nullus rigor, nulla se-  
uera animaduersio satis valet, nec repre-  
nari eius violentia potest. Quod si ille  
liber malorum ac solutus esset, nullis nexi  
bus vinculis q̄, constringeretur, in qua dā

nam quām exitū pestis plena prorueret? e-  
untereret certe se salutemque suam vno mo-  
mento & interimeret. Quamobrem ei  
ceu pädagogo quodam opus fuit, cuius hor-  
tatu & autoritate, plagis etiam & ani-  
maduersione seuera, inter indomitas cu-  
piditates regereretur. Hoc & sapientes na-  
tionum animaduerterunt, & ille in pri-  
mis Plato, cuius hac præclara sententia  
est: Difficillimum esse amplissima fortu-  
na solutos legibus continere. Nihil enim  
imperatu difficilius esse eo homine, quem  
prospera fortuna extulerit, nec quicquam  
iterum regi lenius illo, qui aduersis sit ca-  
sibus depresso atque confractus. Polybius  
etiam tantum dicit apud homines igno-  
rantiā atque signitiē à prudentia at-  
q; industria differre, non solum in priua-  
ta vita, verūmetiam in publicis rebus, vt  
in his secundae res detrimentum, in illis  
aduersæ emendationem quandam errorū  
adferre videantur. Cùm ergo ingens ho-  
minis peccatum antecessisset, nec expedi-  
ret

## 44 DE CONSOL. IVSTOR.

ret eum tam excellentem esse ut prius, m  
iterum ipse sibi detrimentum adferret, e-  
misit eum D E V S de paradiſo voluptatis  
vt operaretur terram, de qua sumptus est,  
hoc est, vt sacri patres prodiderūt, de sta-  
tu fœlicitatis ad laboriosè colēdum terrā  
iam obnoxiam maledictioni, in statū mi-  
seriarum plenum, vbi cum noxyis animi  
permotionibus, & satana diro, furīsque  
infernalibus continuum ei bellum ac cer-  
tamen esset. Ille enim primi & omnis  
boni corruptor, quem sacra litera & princi-  
pem aëreæ potestatis, & huius seculi Deū  
**Ad Ephe. 2.** vocant, odio summo suo, artes vniuersas  
**2. Corin. 4.** ac vires aduersus eos exerit, quos volunta-  
te libera, et si corrupta & beneficīs natu-  
re nudatos, aqua tamen sorte terris  
immissos, quasi in potestate habere vi-  
detur. Ad hoc agendum omnia yndique  
adiumenta conquirit, & inuisum genus  
malis exercet, vt perdat & extinguat, fa-  
ta, spesque eius reliquias interuertat. Ve-  
rūm tantotamq; immanis furori certi fi-  
nes

nes constituti à Deo sunt. Necessariò enim mala illius voluntas, qua ad omniū rerum vastationem incitatus fertur, com primenda fuit, quod nisi fieret, ille & superis imia misceret, & hanc vniuersi molè pro malignitate ipsius summa euerteret, & uno momento depopularetur. Omnis quidem eius voluntas in eo est sita. Sed o profounditatem non sapientiae tantum, verum etiam beneficentiae diuinæ, cuius salutari voluntate qua omnia sustinentur effectum, ut qua malis scelerum pœnae et exercitijs causa, ea bonis remedia malorum sint: Ad Rom. 8.  
vt ex eo constet: Dei amantibus omnia ad bonum conferre. nunquam etiam magis formidandam diaboli violentiam, quam secundis & ad spem fluentibus rebus, nūquam minùs metuendam, quam cùm maximè sævit, malorumq; infestum agmen ducit: quamobrem eius vulnera & plaga iustorum hominum medela est & certa sanatio, qua nihil eis ad salutem efficacius adhiberi possit. Sapè morbi corpora affligunt,

affligunt, sed ex ijs conualescit animus,  
bunc aliquando grauis molestia occupat,  
ea corporis luxuriam frangit ac refre-

**2. Cor. 7.**

nat, efficiturq; ex eis id ut rectum vtring;  
officium sequantur. Vera igitur Diui

**1. Corin. 11.**

Pauli sententia est, eum qui secundū DE-  
V M est dolorem pœnitentiam ad salutem  
non pœnitendam parere, contra mundi  
dolorem mortem adferre. Et castigari à  
Domino nos dūm punimur, ne cum mun-  
do damnemur, id est, nos in hac vita puni-  
ri, ne simus in alia puniendi. Quām pre-  
clara ergo, quanq; diuina ratio est, angi-  
corpus ut menti benē sit, & illū vitæ dolo-  
rem, etiam lœtitiae aeternitas sequatur. Sa-  
tis cause Deus haberet, vt quæ à nobis ad-  
uersus ipsius voluntatē ac leges pfluxerūt

**2. Tim. 3.**

mala, in ea prorsus desineremus, sed illa e-  
terni, immortalisq; boni natura, qua in  
Deo abundans est ac perfectissima, specie  
malorū retenta, vt ab illis omnis boni ori-  
retur vis, ad nosq; perueniret, effecit. Sic

patientiam

tientiam resq; aduersas diuini & ad om  
ne opus bonum idonei efficimur, vt in die 2. Tim. 1.  
Domini misericordiam & vitam adsequa 1. Tim. 6.  
mur verè aeternam.

De prosperis atque aduersis,  
quæ pijs atq; impijs ferè cōmu-  
nia in vita sunt. De sententia  
diui Augustini. CAPVT IX.

**S**i igitur in vniuerso nō corpori solū  
hominum, propter quos omnia cōser-  
uantur ac fiunt, vera & sempiterna salu-  
ti ille accommodatus est ordo, quis non  
agnoscit in eo, vt in ceteris omnibus, et di-  
uina erga nos cura & consolationis vere  
ingentē testificationē esse? cōprehēsam nō  
fortuitis concursibus, sed causis immutabi-  
libus, aeternisq; rerum, quæ et si varia-  
rum viciſſitudinum plenae sint, earum ta-  
men rationem veritas ipsa defendit. Non  
enim probabiliter dici potest, aut tantum  
malorum in hominum vita versari ob  
nullam causam, aut communem prop̄  
omnium